MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV)

Klosterneuburg, Anfang 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908

Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

pedes fixerant in loco cas
trorum ponimus. si in procinc
tu spiritualis militie positi.
apostolorum vestigia constanter
ac firmiter teneamus. Nam
iuxta salemonis sententiam.
qui mollis et dissolutus est in
opere suo, frater est sua
opera dissipantis. Hi
nimirum qui in moribus suis
molles ac fluidi sunt mo
re aque precipites ad ima
defluunt. Qui vero constan
tes ac firmi in arcem
cottidie virtutis excres
cunt. Quod nimirum et
illud eiusdem hystorie sig
nificare perpendimus, quia
transeunte eodem populo a
que superiores ad instar
montis intumescunt in
feriores vero in mare mortu
um dilabuntur. quia profecto
ex eis qui baptizantur.
alii in accepta celestis
gratie dulcedine perseverent

alii in peccatorum amaritu
dinem defluere tepide vi
vendo non cessant. et ve
lut in mortuam salsuginem
maris corruunt. dum sa
piendo terrena per prave
vite declivia ad mortem
tendunt. Nos autem non sic
dilectissimi non sic. sed ad veram
sapientiam animum tendentes
sic per dei misericordiam in virtu
tum studeamus alta proficere.
ut in vitiorum pudeat vo
raginem declinare. Sic per
severemus semper ad superna pro
perare quo tendimus. ut
divini amoris dulcedi
nem in nostris iugiter men
tibus conservemus. Illius itaque
sapientie saporem participes
fieri. quam beatus iohannes
pamphoris gratie cumu
lum meruit incomparabi
liter illustrari. Cuius nimi
rum splendore concepto
celum velut aquila pene